



# Disputatio medica inauguralis de diarrhaea

<https://hdl.handle.net/1874/340710>

DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
DIARRHÆA,

QUAM,  
FAVENTE DEO TER OPT. MAX.

*Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,*  
D. JOHANNIS van MUYDEN,

J. U. D. ejusdemque Facultatis in inclytâ Academiâ Ultrajectinâ  
Professoris Ordinarii,  
NEC NON

*Amplissimi Senatus Academici consensu, Nobilissimæque  
Facultatis MEDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,  
Et summis in MEDICINA honoribus & Privilegiis  
ritè, ac legitimè consequendis,  
*Eruditorum disquisitioni subjicit.*

ADRIANUS CROCCÆUS, Vlissingâ-Zeland.

*Ad diem 9. Januarii horis locoque solitis.*



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiae  
Typographi, clō Ioc LXXXVIII.

*Pio, ac omni æquitate Conspicuo* VIRO,  
D. CORNELIO CROCCÆO,  
Mercatori vigilantissimo, Parenti Charis-  
simo, filiali amore semper colendo, pro-  
sequendo,

*NEC NON*  
*Clarissimis atque expertissimis* VIRIS,  
D. JACOBO VALLAN, M. D. in  
hac Academia Facultatis Medicæ Pro-  
fessori Ordinario, practico felicissimo,  
præceptori quoad vivam venerando,

D. JOHANNI MUNNICKS, M. D.  
in celeberrima hac Ultrajectina Acade-  
mia Anatomes & Botanices Professore  
Ordinario, practico exercitatissimo,  
versatissimo, præceptori ac promotori,  
dum spiritus hos regit artus, suspiciendo,

*UT ET*  
CONSANGUINEIS,  
*AC*  
AMICIS,

In debite gratitudinis testimonium,

*M D C C C L X X I I I* Theses hæc Inaugurales  
Offert & dedicat  
*ADRIANUS CROCCÆUS. Auctor.*



DISPUTATIO MEDICA  
INAUGURALIS,  
DE  
DIARRHÆA.

THESIS I.



rimus creationis status, quam diversus ab eo, in quo tam miseri facti sumus. Per peccatum, cheu! quot non mutationes contigerint; nec ullibi plures & majores, quam in nostro *μυροκομῶ*; ut dici liceat, nec sine ratione, quantum mutatus ab illo Hectore? & ipsum Corpus quasi scena evaserit publica, in qua innumeræ morborum multitudines horrendas suas tragedias peragunt: inter quas non spernendus est noster affectus, Diarrhæa vocatus, quem aggressurus, non multum morabor vocis etymo.

## I I.

Nomen namque quod attinet, Græcis *Diarrhæa*, Latinis *Alvi fluxus* dicitur, quo humores excrementitii sine sanguine, ut alimento crudo, & sine exulceratione intestinorum excernuntur. Hisce conditionibus *Diarrhæa* ab aliis alvi fluxus speciebus distinguitur, quandoquidem in lienteria alimenta prout in ore sunt masticata & per œsophagum ad ventriculum dimissa, minimeque fermentata, sed cruda planè per anum excernuntur; at in Cæliaca passione semicocta quasi & ferè cruda ejiciuntur: in Dysenteria vero & tenesmo sanguis cum humoribus excrementitiis permiscetur, uti & in fluxu hepatico, & hæmorrhoidali, sanguinolenta excretio observari solet.

## I I I I.

Diarrhæa itaque est biliosorum, serosorum, aliorumque vitiosorum humorum frequens, immoderataque per alvum excretio, qua nunc plures, nunc pauciores, plus minusve invicem, vel cum fœcibus permisti, vel confusi, paucis interjectis intervallis, nunc majori, nunc minori copia redduntur, nunc impetu quodam effunduntur, & veluti ejaculantur. Suntque hi ab initio magis crassiores, mox aquei, & diluti, colore vario, cinereo, flavo, atro, inæqualiter, alias etiam æqualiter tincti.

## I V.

Agnoscit autem affectus hic pro subjecto intestina, tam tenuia, quam crassa, in quibus nulla aliquando, nonnunquam magna tormina, eaque graviora, cum tensione & rugitu, præsertim cum dejectio instat, percipiuntur.

V. Diffe-

## V.

Differentiæ vero Diarrhææ plurimæ sunt : quæ ut dilucidè exponantur , ad tria capita referri possunt , quorum primum materiam respicit , quæ excernitur : secundum continet locum , à quo illa excernitur : tertium vero considerat causam , fiendique modum , qui alvi fluxum producit.

## V I.

Ratione itaque materiæ , quæ ejicitur , alvi fluxus posset dividi , in biliosum , pituitosum , & serosum. Biliosus , dicitur cum excernuntur humores aquei & biliosi , non quidem alimenta sola , sed sæpe iis permixta. Serosus , quando humores tenues ac serosi copiosè excernuntur ; quando autem visceridi , crassi & tenaces humores ejiciuntur , vocari posset pituitosus.

## V I I.

Locus vero à quo isti humores profluunt , est vel totum corpus , vel aliqua ejus pars peculiaris puta cerebrum , ventriculus , hepar , pancreas.

## V I I I.

At ratione causæ , fiendique modi , qui eo respectu vel artificialis est , ut videre licet in purgatione per medicamenta instituta , vel naturalis , sc. naturæ motu inordinato concitata ; Diarrhæa alia est symptomatrica , alia critica. Symptomatrica est , qualis subinde febribus malignis , nec non pthisi , vel Hæcticæ feбри supervenit. Critica vero , quæ in declinatione morbi accedens morbum solvit ac curat. Quæ autem differentiæ ut plurimum simplices non reperiuntur , sed in uno eodemque alvi fluxu sæpe complicantur : Adeo ut non raro

## 6 DISPUTATIO MEDICA

biliosus, serofus, ac pituitosus humor eodem alvi fluxu excernatur.

### I X.

Causas hujus affectus statuimus vel proximas, vel remotas; internas, vel externas. Remotæ sunt, quæ humores in nostro corpore corrumpere, falsos, serofos, pituitosos, imo acriores & biliosos reddere valent. Illæ autem sunt, ex rebus non naturalibus, assumpta nimis acria, esus uvarum nimius, colocynthys incaute sumpta, vel potus musti, vel aër acrior, aliterque vitiosus; quibus vasa obstruuntur, hinc impeditur chyli permixti bili & succo pancreatico, ut & malo fermento ventriculi, transitus, sicque continuò interior intestinorum tunica pungitur, vellicatur, & ad expulsionem concitatur.

### X.

Proximas ergo esse causas, acres illos & corruptos humores, tam falsos, serofos, biliosos, ut & pituitosos, cum omnibus recentioribus medicis statuimus. Qui humores ita degeneres facti, ac per totum corpus circulantes, vel è ventriculo, vel ex hepate, vel ex pancreate, aut aliunde ad intestina delati, ibique suâ acrimoniâ interiorum intestinorum tunicam vellicantes, & pungentes, adeoque continuò ad expulsionem irritantes, continuum illum alvi fluxum, vel conatum alvum dejiciendi excitant.

### X I.

Hiscæ jam absolutis, quæ ad hujus affectus causas spectant, sequuntur jam signa tam diagnostica, quam prognostica. Signa itaque diagnostica à materia conspicua sunt, cum sensibus ipsis pateat, cognosciturque diarrhæa in genere, ex frequenti & copiosiore, quam pro humore & modo

modo naturæ, alvi humida dejectione, absque manifesto dolore & intestinorum exulceratione, & hinc sine sanguinis permixtione: partes vero mandantes difficiliorem habent diagnosin, quæ ita tamen distingui possunt.

## XII.

Si scilicet à toto corpore humores profluant, adest, vel præcessit febris continua, vel aliquis alius totius corporis affectus, ut cachexia, leucophlegmatia, &c.

## XIII.

Si vero sit critica Diarrhæa, fit illa cum bonis ægri rebus, unde tunc morbi solutio, aut maxima illius immutatio sequitur. Sique Diarrhæa symptomatica sit, magnum causat laborem ægro, qui vires plurimas amittit, & morbus in eodem statu perseverat saltem, vel augetur.

## XIV.

Si vero alvi fluxus procedat à malo ventriculi fermento, indicat læsam & vitiosam esse ventriculi fermentationem; quando scilicet alimenta in ore masticata & per œsophagum ad ventriculum delata, ibidemque à non bene disposito fermento corrumpuntur, & acriora redduntur, unde irritata facultas exputrix, cogitur per alvum expellere, &c.

## XV.

Prognosin quod spectat, hunc in modum institui potest, verbi gratia. Diarrhæa, quæ cum facili tolerantia contingit, & ex qua patiens levamen accipit, bona: è contra vero quæ laboriosa est, ac vires deprimit, mala.

## XVI.

Si leucophlegmatia detento fortis diarrhæa supervenerit, morbum solvit, idque juxta Hippocratem *aphorif-*



## 8 DISPUTATIO MEDICA

mo 29. sect. 7. quod verissimum, quia tunc in toto corpore restagnantis evacuatio fit: id autem limitatione indiget, verus siquidem est aphorismus, si talis alvi fluxus in principio morbi, & adhuc constantibus viribus accidat.

XVII.

Longa diarrhæa laboranti sponte superveniens vomitus malum solvit, juxta Hippocratem *aphorismum* 15. *sectionis* 6.

XVIII.

Hiscæ jam absolutis quæ ad theoriam spectant, restat ut nos ad Curationem accingamus, quæ sequenti modo legitime instituat; medicus quam primum ad ægrum Diarrhæam correptum vocatus fuerit, necesse est ut curam habeat istos humores peccantes evacuare. Huncque in finem ægro præscribatur sequens pulvis, dividendus in tres doses æquales, quorum unum sumat patiens cum haustu cerevisiæ vel vini, idque tempore matutino, & circa vesperam, verbi gratia.

℞. rhabarb. electi, ℥ij.

salis prunellæ, vel nucis muscatæ ℥℥.

M f. pulvis.

vel sequens potio, verb. gr.

℞. rhabarb. electi, ℥j℥.

myrobal. citrini, ℥℥.

santali citrini, ℥℥.

infundantur in aq. plantag. &amp; in expressione dissolve

rhabarb. pulver. ℥℥.

syrup. rosar. ℥j.

f. potio. quibus jam præscriptis medicamentis, humores maxime peccantes sunt expurgandi, &amp;c.

Si vero affectus foveatur à malo ventriculi fermento, tunc  
optimum

optimum esse puto, ægro exhibere vomitorium; verbi gratia, ex vino emetico, & oxymelle scillitico, quod in hunc modum præscribi potest,

℞. vini emetici ex infusione croci metallorum ℥jss. vel ij.  
oxymell. scyllitici ℥vj.  
M. F. Haustus.

Purgato corpore, ægro præscribi potest sequens bolus, cubitum ituro. v. gr.

℞. theriaces ℥j.  
pulv. trochiscorum de terra sigillata gr. xij.  
laudani opiatum gr. j. vel ij.  
M. F. bolus.

Præmissis jam universalibus & corpore expurgato, necesse est, ut ægro præscribantur adstringentia medicamenta: nam minime adstringendum esse puto, nisi corpus sit bene purgatum, alias enim furem clauderemus in stabulo; huncque in finem sequentia admodum conducere posse judicavi, quæque in hunc modum possunt concinnari. Primo itaque patienti sequens conditum præscribatur. v. gr.

℞. Conserv. ros. rubr. ℥jss.  
mivæ cydoniorum ℥j.  
diascordii fracaſtorii ℥ss.  
pulv. cornu cervi præparati ℥jss.  
lapidis hematitidis præparati ℥ij.  
syrup. papaveris erratici, q. f.  
M. f. conditum.

vel ℞. Conservæ ros. rubr. ℥jss.  
diascordii fracaſtorii ℥ij.  
speciei diatragacanth. frigidæ.  
corrallorum rubrorum præparatorum ā ℥jss.  
syrup. myrtini q. f.  
M. f. conditum.

B

vel

vel

℞. aq. plantag. ℥iijf.  
 cinamomi, ℥f.  
 diascordii fracastorii, ℥iv.  
 corallorum rubror. præparatorum ℥f.  
 syrup. myrtini. ℥v.  
 Misceantur.

vel si hæc non juvent, admodum conveniens esse duxi,  
 ægro exhibere sequentem pulv. qui valide adstringit.

v. gr.

℞. Sang. drac. thuris.  
 mastich, mumiz, terræ sigillatæ,  
 lapid hæmatitid.  
 trochiscorum de carabe ā ℥j.  
 boli armeni veri ℥iij.

M. f. pulvis, de quo capi patiens possit ℥ij. cum  
 idoneo vehiculo.

In inveterata autem Diarrhæa sequentia admodum con-  
 ducere & utilissima esse puto. v. gr.

℞. Croci martis reverberati. gr. vj.  
 bezoard. miner. ℥f.  
 conservæ rosar. rubr. ℥ij.  
 spiritus vitrioli gutt. iij.

M. f. bolus bis in die exhibendus.

Deinde possent & clysteres, ad dolorem intestinorum affo-  
 piendum parari, ex rad. althææ, lilior. consolid. major.  
 fol. bismalvæ, verbasci, flor. camomil. meliloti, sem.  
 lini, fœnigr. & cydoniorum, quæ vel in lacte dulci, vel  
 in aq. com. decoqui possunt, addendo postea oleum ca-  
 mo. violarum & verbasci.

## XIX.

Bonam diætam Diarrhæâ laborans per longum tempus observet, ne recidivam patiatur. Aër itaque sit moderatus, cibus sit potius ex assis quam elixis; assa autem & tosta utiliter aceto condiuntur. Panis sit candidus & bene fermentatus, vitentur allia, cepæ, spinachia, cibus uvarum nimius, & vina fumosa in acrimoniam degenerantia: si enim æger ob sitim intolerabilem & linguam aridam & siccam, aquam fontanam desideret, sumat brevi tempore copiosam, quam velit: somnus sit longus, corporis animique quies. Atque hæc sunt, quæ breviter circa hunc affectum in medium proferre volui, & idcirco hisce finem imponam.

## COROLLARIA.

I.

*Artem medicam in quibusdam esse conjecturalem, affirmo.*

II.

*Fœtus in utero & per os, & per umbilicum nutritur.*

III.

*In pleuritide quindecies venam secare licet, si vires ferant.*

B 2

IV. Nul-

I V.

*Nulla dari vasa lactea in intestinis crassis  
affirmo.*

V.

*Non dantur clysteres nutrientes.*

V I.

*Dari effervescentiam & quidem blandam,  
nostraque naturæ amicam, in intestino  
duodeno, concurrentibus hisce tribus  
succis, sc. bile, succo pancreatico &  
chylo, affirmo.*



G E-

# GELUKWENSCHING

Aan Mijn H E E R

## ADRIANUS CROCÆJUS,

Doen zijn E. na gebonden redenkaveling, over  
de BUYKLOOP, met algemeyne  
toestemming tot DOCTOR in de  
Medicijne wierd gepromoveerd.

CUNCTI LÆTUM CELEBREMUS HONOREM.



As *ADAM* pal, en vast gebleven  
In 't woord, van *GOD* hem angefeyd  
Of had hy geen gehoor gegeven  
Aan *Satans* loose listigheyd;  
Dan hadden al sijn lenden-spruyten,  
(Al was 't getal onnoemlijk groot)  
Haar dagen konnen sluyten, buyten  
Ellende, siekten; ramp en doot.  
Maar na het vallen van dien vader  
O droeve, en jammerlijke val!  
Soo heeft sich opgedaan een ader  
Van swarigheden, sonder tal.  
Wie is bequaam, om op te tellen  
De siekten die den armen mensch,  
Gelijk als schaduwen versellen,  
't Gaat niemant hier na wil en wensch.  
Dees doet het *hoofd* seer, dien de *been*en,  
Geen teert de spijs niet in de *maag*  
Gints sal een door de *buyk*-pijn weenen,  
Daar is *graveel* de slimste plaag.  
Maar *GOD* tot troost aan d'arme luyden,  
Die sent haar toe des *Doctors* hant

En

En heeft in bladers, bloemen, kruyden  
Byfondere krachten ingeplant.  
Een man van kennis en van oordeel  
Gebruykt die tot der sieken ftut,  
Hy trekt uyt 't alderkleynfte voordeel.  
Daar groeyt geen kruyt, of 't dient tot nut.  
O overoude konst ! hoe heerlijk  
Hoe edel zigt gy ! hoe befaamt !  
Uw oogwit dat word \* *Omwaaardeertlyk*  
By menschen kinderen genaamt.  
Dit hebt gy, waarde vriend, geweten  
Die met een onvermocyde vlijt  
En yver, twee jaar hebt verpletten  
Eer gy dus ver gekomen zigt.  
Gy hebt gesproken, en geschreven  
Van *Buykloop*, een seer droeve quaal,  
Gy hebt vernoevinge gegeven  
Aan de *Professors* altemaal :  
Gy wierd beproeft, en wel bevonden  
In alles bleek uw weetenfchap,  
Soo dat de Heeren u vergonden  
Den hoogen *Doctoralen* trap.  
Geluk Heer *DOCTOR*, heyl, en zegen,  
Wensch ik u in dees nieuwe ftant  
Door moeyt', en naarftigheyd verkregen,  
Leef lang ten dienst van 't Vaderlant.  
Tot troost van fwakk', en sieke lieden,  
Tot heyl van Kinders, Man, en Wijf  
Van al, die u om hulp ontbieden,  
De *HEELKUNST* leev' door u bedrijf.

\* De ge-  
fontheid  
word  
foo ge-  
naamt.

*Amicus amico posuit*

D. H.

A A N D E N H E E R  
A D R I A N U S C R O C C Æ U S ,

Doen hy in de hooge Schole van UTRECHT Meester der  
Artsenyen wierd ingewijd.

Intaminatis fulget honoribus.



Ie gretig reykt na hooge wetenschappen,  
En met een onvermocyde vlyt stygt op  
Na 't opperst van geleertheyds steyle top,  
Langs 't heylsaam dengden pad, en d'eere-trappen:  
Wörd, schoon hem vaak sijn ongeval de voet  
Set dwars, en over harde swaarigheden  
Van onspoed waggelen, en struik'len doet,  
Noch altyd nyt die wisselvalligheden  
Gered, sijn yver heereelyk beloont,  
En 't dengd'lyk hoofft met lauwerlof gekroont.  
Dat overdenken gaf aan nven yver,  
Geleerden Heer, den eersten prikkel-spoor,  
't Ontrukte 's werelds ydelbeyd uw oor,  
En 't was uw hoofft een sorg, en vaak-verdrijver:  
Geleerdheid wierd uw meest gewenste wit;  
Geleerdheyd wierd het dael van uw begeeren:  
Die kunst, waar in Apollo Meester sit,  
En d'onderzoekers reed staat om te leeren,  
Beving uw lust, en vatte d'overhand  
Op uw gemoed, en stoofde 't in dien brand.  
Apollo sag u vlyt in 't onderzoeken  
Der schriften van ervaren Arts, op Arts,  
En 't geen het jeugdig breyn daar oit verwarts  
In voorquam, lossen nyt geleerde Boeken:  
Des sprak hy na genomen overslag:  
'k Heb immers 't kind, doen 't noch aan 's moedes borsten,  
En in de wieg in sagte windels lag,  
Het breyn met wysheyd om, en om doen korsten,  
En met de melk der borsten van sijn min  
En hoog-verligt verstand doen suygen in.  
'k Heb immers aan de bakermat de Vreede  
Uytvoersters van des menschen staale lot  
Gehoord in sang: groey jeugdig kind, groey, tot  
Uw taaje levens snoer word afgesneeden,

Om-



Omheyningd tegen al het ongeval  
 Van 't ongebonden lot, dat krenken, schaaaden,  
 Noch uw geluk oyt overwerfen sal;  
 Leev' tot uw kruyn met hayren jy belaaaden,  
 Niet gryjs van sorg, maar gryjs van ouderdom,  
 Leev' tot uw rug sta van de jaren krom.  
 'k Heb' immers al de hemel-hoerlingen  
 Verheugt gesien, op 't vrolyk kinder-maal  
 Van sijn geboort', en met een blijde taal  
 Myn suster-ial sijn dengden hooren singen.  
 En sond' ik nu dien vrouwen yveraar,  
 Die in myn dienst soo dapper sweet, en swoegen,  
 Heeft doorgestaan, en nimmer achte 't swaar,  
 En moeylyk werk van boeken door te ploegen,  
 Die kruyn niet kranzen met de Lauwer-kroon?  
 Die komt hem toe, myn Voedsterling, en Soon.  
 Dat was het slot, en 't eynde van sijn reden.  
 Nu staat gy pal, gelijk een steyle rots,  
 Die sich het slaan der golven bois op bots  
 Niet kreunt, op eene stap na doorgestreden  
 Het ruyme worstel-perk der Artzeny,  
 Al wat u dreijgt manmoedig af te wachten,  
 En (schoon van voor, van achter, en de sijn  
 Besprongen) door uw wapens te verkrachten.  
 Terwijl wy vast (om u om 't hoofd te slaan)  
 Sien vlegten uw bevochten Lauwer-blaan.  
 Nu wagimen dat gy sult de Dood aanranden,  
 En gaan bestooken in sijn doods-been-kuyl,  
 Om hem een stalen room te werpen in de myyl  
 En 't maay-mes hem t' ontrukken uyt de handen  
 Wat stad wenst u niet binnen haren muur?  
 Elk is bereyt om u met eer t'ontfangen,  
 Als die nu menschen sult doen leven op den duur.  
 My dunkt ik hoor al klinken welkom-sangen,  
 En 't grimmelend volk al schreeuwen onder een  
 Sie hier den Arts die meer is als Galeen.

In perpetua amicitia tesseram cecinit

JOSIAS HOUTERKENS.